

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1237

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](#)

filie moniales sancte Agnetis Argentinensis ad presentiam nostram accesserunt humiliter petentes, ut donationem possessionum, quam eis fecerat Lugardis vidua cum filiabus suis, que in eodem cenobio elegerunt domino famulari, dignaremur auctoritate litterarum nostrarum confirmare. nos igitur, quamvis omnibus nobis subjectis in justiciis suis simus debitores, specialius tamen hiis sumus astricti, que seculo renunciantes sub regulari disciplina se divinis obsequiis manciparunt. quare ipsarum precibus inclinati atque peticionem earum benigno favore prosequentes possessiones a predicta *Lugardi* et filiabus suis monasterio beate Agnetis collatas, quibus filius suus Fridericus renunciavit, sicut in instrumento nostrorum civium continetur, presentis pagine munimine roboramus ipsi cenobio in perpetuum servituras. cum prefata *Lugardis* in presentia nostra et aliorum honestorum hujusmodi donationem fuerit confessione propria publice protestata et idem cenobium possessionem rerum donatarum per septennium tenuerit inconcusse,¹ igitur, ne talis donatio a quoquam imposterum possit perversa cavillatione perturbari, hanc paginam impressione sigilli nostri duximus roborare. actum anno domini 1237, 16 kalendas septembbris, hiis presentibus Walthero et Bernheimo fratribus predictoribus, Wolfhelmo decano sancti Thome, Cunrado custode Honaugensi, Eberhardo canonico sancti Petri, Petro notario nostro, Hugone de Mittelhus et Erbone de Bilolvesheim militibus, Cunone filio Erbonis, Friderico filio Cunonis, Gotzone filio Nicolai, Johanne Vitulo, Heinrico de Ache, Johanne de Sarburc, Hessone notario civibus nostris et aliis quam pluribus. in quibus autem locis possessiones donate site sint, ad cautelam hic fecimus annotari: fundus, in quo monasterium sancte Agnetis collocatum est cum pomerio et suis attinenciis, bona in Schilticheim, in Adelhartshoven agri prata et curie et pecora, in Argentina curia, que dicitur des Hellegrozes, medietas molen-dini in inferiori parte sancti Stephani, zu Kezzenstege curia, in Lingolvesheim quarta pars mansi et omnia, que tunc temporis possedit, cum utensilibus domus sue. Gertrudis quoque relecta Erbonis aream, que dicitur des Doiben, prelibato cenobio eodem tempore contulit coram nobis et prescriptis presentibus perpetuo possidendam.

*B aus Straßb. Bez.-A. II fasc. 3117 or. mb. c. sig. pend. Auf der Rückseite Vermerk von
wenig späterer Hand: vñr Lügert Klenegedengin.*

51. Pabst Gregor IX trägt dem Bischof von Straßburg und den Aebten von Pairis und Tennebach auf, zu erwägen und zu entscheiden, ob nicht das Kloster St. Stephan, dessen Reform bisher nicht zu erreichen gewesen, an die Straßburger Dominikaner abgetreten und seine Einkünfte an die fünf neu gegründeten Straßburger Frauenklöster verteilt werden können. 1237 December 19 Rom im Lateran.

.. Episcopo Argentinensi .. de Parisiis et .. de Tennebach abbatibus Basiliensis et Constantiensis diocesum. significante dudum te, frater episcope, nos noveritis accepisse, quod cum olim intellecto, quod monasterium sancti Stephani Argentinense

¹ Vergl. UB. I, 213 Anm. 1. Der Bau des St. Agnesklosters ist demnach noch weiter zurück zu verlegen, wohl um das Jahr 1230.